

# Verlagskataloge deutscher Buchdrucker vor 1500.

Ein Beitrag

zur Geschichte des Buchhandels und der Buchdruckerkunst.

Nachträge von Dr. Ernst Reichner.\*)



**U**nter Nr. 4 meiner Arbeit habe ich eine Bücheranzeige aufgeführt, welche sich im Besitz der Hof- und Staatsbibliothek in München befindet. Sie geht von Johann Mentelin in Straßburg aus und betrifft das in seiner Offizine gedruckte Buch: *Epistolae Amelii Augustini* und noch einige andere Bücher. Ich habe zwar nicht angegeben, daß man jenes Exemplar als nicht mehr vorhanden bezeichnet hat, aber ich halte es doch für meine Pflicht, auch hier dieser Ansicht entgegenzutreten.

Von Herrn Direktor Laubmann in München ist mir, kurz nach dem Erscheinen meiner Arbeit, die erfreuliche Nachricht zugekommen, daß das verloren geglaubte Verlagsverzeichnis unter früher nicht systematisch geordnet gewesenen Einblattdrucken sich wiedergefunden habe, und jetzt unter „Einblatt VIII, 2a“ aufbewahrt sei; eine Nachricht, die gewiß alle Freunde der Bibliographie erfreuen wird.

Ferner kann ich die Reihe der Verlagskataloge um einen vermehren, und zwar:

## XI. Verlagskatalog von Anton Koburger in Nürnberg. 1496.

Der Professor Dr. Reuß in Würzburg entdeckte eine gedruckte Buchhändleranzeige in einer Einbanddecke eines „*Fasciculus temporum. Coloniae 1479 fol.*“ und teilte sie im *Serapeum* 1845, S. 186—188 mit, ohne zu wissen, daß sie den Verlag von Koburger in Nürnberg enthält. Sie ist auf einem Folioblatt gedruckt, scheint aus dem Jahre 1496 zu sein und lautet: """)

\*) Siehe: Deutsche Buchhändler-Akademie. Band I. S. 560—588.

\*\*) Hase, Oscar, Die Koburger, Buchhändler-Familie zu Nürnberg. Leipzig 1869. gr. 8.

Cupientes emere libros infra notatos venient ad hospitium subnotatum venditorem habituri largissimum.

Cum plurimorum philosophorum sententia sit, omnibus in actionibus maiorem curam adhibendam esse, ut vitae perpetuitate constare possimus: ad hanc quidem consequendam, quislibet mortalis tenetur totis viribus insudare. Quod et assequi posse, a nostris maioribus creditum est, si singulis meditationibus operibusque honesti forma accuratissime praeponatur. Sed in huiusmodi plurimarum affectionum genere a nonnullis illustribus viris, huiusmodi gloria diverso calle quaesita est. Nam ab aliis philosophia naturalis, ut Platone et Aristotele: aliis moralis, ut Seneca: nonnullis poemata, ut fama est de Homero et Virgilio: plerisque etiam eloquentia, ut Demostene et Cicerone. Aliis cum edendis tum conversandis administrandisque legibus, ut legitur de Ligurdo, (sic!) Solone, et Trayano imperatore: nec non de Justiniano, qui confusum iuris corpus in lucem reduxit, qua reductione quam plures iurisconsulti, vitae perpetuitatem consequi arbitrati sunt, veluti Quintus Mutius, Paulus Ulpianus, multique praeterea quos longum est recensere. Verum quia theologia sacra omnium scientiarum corona est, maxime circa materiam quam exigit canonibus legibusve fulcita. Quibus enim proficit homo si naturali, poësi, eloquentia super astra volitans: si apicibus utriusque iuris divitias congreget, etiam si universum mundum lucretur, anima vero sui detrimentum patiat. Si Christum scis (ait mellifluus doctor) satis est, et si caetera nescis. Quo permotus via consiliorum clarissimus: dominus Antonius olim causarum Romanae sedis peritissimus, demum archiepiscopus Florentinus, summam egregiam in quatuor partes distinctam congressit, qua ut vere vitae perpetuitatem consequi facile possemus. Parte prima creatoris immunitatem, creaturaeque humane nobilitatem, atque ne ab ea laboretur divina lege fulcitam produxit. Secunda parte criminosas enormitates quibus homo a sua nobilitate etiam hodie labitur, subiunxit. Tertia parte statibus universorum sacramentalia remedia quibus quilibet restitueretur, conscripsit. Et quarta parte ne recidivum pateretur conservativa virtutum, gratiam et donorum spiritus sancti coadiunxit. Et quia sapientissimo teste qui addit scientiam; addit et laborem, plures deterriti magno sumptu qui in comparandis voluminibus impendendus erat, otio aut ignaviae dediti, vel ad alia se potius opera transulerant. Quorum tandem necessitati: sive humano artificio: sive divina ope subventum est: ut inventa nostra aetate hac imprimendi literarum facilitate, plerique se studiis dedicarunt: quo parvo sumtu plurima librorum volumina: brevi

tempore conantes in viros claros evadere nituntur. Et quamvis iam de magno voluminum numero per harum literarum impressores proficere volentium necessitati provisum sit: nemo tamen eorum id novissimum (quod quia modernum et utilimum) quo ex integro aggressus est: deterriti (ut opinor) magna codicum et literarum multitudine. Revolventes igitur hoc in animo, theologiae sacrae quidam alumni, rem satis dignam, et tanquam novis morbis, novis antidotis necessariam, hac literarum effigie characterizata opus perfectum et correctum diligenter explicarunt. Quare volentes in sui ipsius agnitione proficere, et saluti proximorum salubriter consulere: omni conamine curare debent huiusmodi summam Antoninam se penes habere. Cupientesque sibi comparare ad hospitium sese recipiant subscriptum venditorem habituri benignum.

In theologia.

Summam Antonini egregiam in quatuor partes distinctam, ut supra claret.

Pantheologiam, id est totam Theologiam.

Biblias amenissime impressas.

Glosam ordinariam Petri Lombardi super psalterio.

Specula Vincencii quatuor.

Item vitas patrum.

Summam Pisani alias Pisanella.

Rationale divinatorum officiorum.

Quaestiones de potentia dei beati Thomae.

Secundam secundae beati Thomae.

Concordantias maiores Bibliae,

Item vitam Christi.

Sermones discipulum de tempore et sanctis per totum annum.

Hugonem de Brato per totum annum.

Leonhardum de Utino de sanctis.

Quadragesimale Leonhardi de Utino.

Quadragesimale Gritsch denuo correctum fideliterque impressum doctoris eximii.

Vocabularium Salomonis.

Boecium de consolatione philosophiae.

In medicinis.

Avicennam. Aggregatorem. Pandecta.

---

Antonini Archiepiscopi Florentini: Summa theologica. Nürnbergae.  
1478—1479. 4 vols. folio.

- Rayneri de Pisis summa theologiae seu pantheologia. 1473. folio.  
 Petrus Lombardus Glossa in Psalmos. 1475. folio.  
 Vincentii Belluacensis speculum historiale. 1483. folio.  
 Vincentii Belluacensis speculum naturale. 1483. folio.  
 Vincentii Belluacensis speculum morale. 1485. folio.  
 Vincentii Belluacensis speculum doctrinale. 1486. folio.  
 Opus „Vitas patrum“ appellatum insigne. 1478. folio.  
 Summa Pisanella seu Magistrutia. Nicolai de Ansmo suppl. summae  
 quae Magistrutia seu Pisanella nuncupatur. 1478. folio.  
 Guillelmus Durantus Rationale divinorum officiorum. 1480. folio.  
 Thomas de Aquino. Quaestiones de potentia dei. Sine loco et  
 anno. folio.  
 Thomas de Aquino. Summae theologiae secundae Partis. Pars  
 secunda. 1496. folio.  
 Johannes Nivicellensis Concordantiae maiores bibliorum. 1485.  
 folio. etc.  
 Ludolphi Carthusiensis vita Christi. 1478. folio.  
 Johannes Herolt Sermones „discipuli“ de tempore et de sanctis.  
 1480. folio.  
 Hugo de Prato Sermones dominicales super evangelia et epistolae.  
 1483. folio.  
 Leonardus de Utino Sermones de Sanctis. 1478. folio.  
 Leonardi de Utino Sermones quadragesimales de legibus animae  
 fidelis, simplicis et devotae. 1478. 40.  
 Johannes Gritsch Quadragesimale. 1479. folio.  
 Vocabularius iuris utriusque. 1481. folio.  
 Boethii liber de consolatione philosophiae cum commentario Thomae  
 de Aquino. 1473. folio.  
 Avicenna Canonis libri V. medicinae. Sine loco et anno. folio.  
 Herbarius. Sine loco et anno. 4<sup>o</sup>.  
 Justiniani pandectarum opus, digestum vetus glossatum. 1482. folio.

